Morbio 31 (37)

Pius Epus seruus seruor. dei ilecto filio Antonio Gabrieli Cuerolo lecto
fanen Salutem et Apostolicam Penedicionem Apostolatus Officium meritis licet imparibus Nobis ex Alto commissum quo Ecclesiarum eius regimini diuina
dispoone presidemus vtiliter ex eo qui coadiuuante Domino cupientes solliciti corde reddimur et solertes vt cum de Ecclesiarum ipsarum regiminibus
agitur ceittendis tales eis in Pastores preficere studeamus qui Populum sue Cure creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo
boni operis informare commissasque sibi Ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore Domino salubriter regere et feliciter
gubernare Dudum siquidem Prouiones Ecclesiarum eius tunc vacantium et imposterum vacaturarum Ordinaoni et dispooni Nre reseruauimus
decernentes ex tunc irritum et inane si secus super his per quoscumque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attari Postmodum vero
Ecclesia fanen Sedi Apostolice immediate subiecta cui bone memorie Peregrinus Consalui vltimus illius Episcopus dum et presidebat perobitum dti
Peregrini Episcopi qui extra Rnam Curiam debitum Nature persoluit Pastoris solatio destituta Nos vacatione huoi fide dignis relatibus intellecta ad
Prouionem eiusdem Ecclie fanen celerem et felicem in qua Nullus preter Nos se intromittere potuit siue potest reseruaone et decreto obsistentibus supradtis
Ne illa longe vacaonis exponatur incommodis Paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberaonem quam de preficiendo eidem Ecclie fanen Perso=
nam vtilem ac etiam fructuosam cum vnlibus fribus Nris Sancte Romane Ecclie Cardinalibus habuimus dilegentem demum ad te Patritium fauentin de
Legmo coniugio ex Catholicis Nobilibus ac Patritiis Parentibus procreatum Trigesimumprimum tue etatis Annum agentem et ab Octo Annis in Sacro Pbratus
Ordine constum Iuris vtriusque doctorem [illegible] et expiatoris Synodalis necnon Pie memorie vitalis iosephi de Pobus dum et Epi fauentin Probicarij in
spiritualibus gnlis munera laudabiliter perfunctus fuisse filemque Catholicam iuxta Articulos iampridem a Sede Apostolica propositos expresse professus est
et de cuius Irarum Scientia Nobilitate generis vite mundicia honestate morum Spualium prouidentia et tporalium circumspectione aliisque multiplicum virtu=
tum donis fide digna testimonia perhibentur direximus oculos Nre mentis quibus cibus de bita meditaone pensatis prefate Ecclie fanen de Persona tua Nobis et
eisdem fribus Nris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fruum eorundem consilio Aplica auctoritate prouidemus teque illi in Epum preficimus et Pastorem Curam
Regimen et admnem ipsius Ecclie fanen tibi in spiritualibus et tporalibus plenarie ceittendo firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente dno Sectus tuos pta
Ecclia fanen sub tuo felici regimine regetur vtiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spualibus et tporalibus suscipiat incrementa Iugum igitur dni tuis
impositum humeris prompta deuotione suscipiens curam et admnem ptas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod Ecclia ipsa fanen Gubernatori pro=
uido et fructuoso Administratori gaudeat se comissam tuque preter eterne retributionis premium Nram et dte Sedis Penedictionem et gram exinde uberius consequi
merearis volumus autem quod Prebra Ecclie fauentin que inibi dignitas post Pontalem Imaior existit et quam vt accepimus ad presens obtines per solas prouionem
et prefectionem huoi vacet eo ipso Stat de illa per Sedem Aplicam ptam tantum dispooni possit Prutumque decernimus et inane si secus super his a quoquam quauis
auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo septingentesimo Octogesimo Septimo
Nonis Kalendas Maij Pontus Nri Anno Tertiodecimo

Pp.

Exped. VIII. Kalen. Maij Anno XIII.

Ph. Antognettus

Ph. Tolcan

Ph. Mastinellus

Pro Sac. Coll.

P. M. Hizronus secretarius

A. C. Angelini A.

J. B. Ramatetto

Ph. Gemassi

A. Bellotti Cap.

Pro Coi. f. 30

Item pro Actis f. 14 - 1

Francus Fontana Capus

Pro Coi. f. 15

Pro Coi. f. 30

Pro Coi. f. 18

F. de Turre Secrius

Pro Com. f. 45

Ant. Sernicoli Secr.

Pro Com. B. 7. et iul. 6.

J. F. Manildo Sec.

A. Luciatti Cap.nus Coad.

A. de Ex nunci N. Altieri

Mortio 31 (31)

Mortio 31 (31)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1881117693-14/fragment/page=0002

Morbio 31 (37)

PIUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei Dilecto Filio Antonio Gabrieli Severoli Electo Fanen. Salutem et Apostolicam Benedictionem. Apostolatus Officium meritis licet imparibus Nobis ex alto commissum, quo Ecclesiarum omnium regimini divina dispositione praesidemus, utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes, solliciti corde reddimur et solertes, ut cum de Ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in Pastores praeficere studeamus, qui Populum suae curae creditum sciant non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi Ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem provisiones Ecclesiarum omnium tunc vacantium et imposterum vacaturarum ordinationi et dispositioni Nostrae reservavimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Postmodum vero Ecclesia Fanen. Sedi Apostolicae immediate subiecta, cui bonae memoriae Peregrinus Consalvi ultimus illius Episcopus dum viveret praesidebat, per obitum dicti Peregrini Episcopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit, Pastoris solatio destituta, Nos vacatione huiusmodi fide dignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem Ecclesiae Fanen. celerem et felicem, de qua nullus praeter Nos hac vice se intromittere potuit sive potest, reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne illa longae vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de praeficiendo eidem Ecclesiae Fanen. personam utilem ac etiam fructuosam cum Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus habuimus diligentem, demum ad Te Patritium Faventin., de legitimo coniugio ex Catholicis Nobilibus ac Patritiis parentibus procreatum, trigesimumprimum tuae aetatis annum agentem, et ab octo annis in sacro Presbyteratus Ordine constitutum, Iurisutriusque Doctorem, [illegible] et examinatoris Synodalis, necnon piae memoriae Vitalis Iosephi de Bovis dum viveret Episcopi Faventin. Provicarii in spiritualibus, cuius munera laudabiliter perfunctum, fidemque Catholicam iuxta Articulos iampridem a Sede Apostolica propositos expresse professum, et de cuius litterarum scientia, nobilitate generis, vitae munditia, honestate morum, spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium virtutum donis fide digna testimonia perhibentur, direximus oculos Nostrae mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, praefatae Ecclesiae Fanen. de persona tua Nobis et eisdem Fratribus Nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de Fratrum eorundem consilio Apostolica auctoritate providemus, Teque illi in Episcopum praeficimus et Pastorem, curam regimen et administrationem ipsius Ecclesiae Fanen. Tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos, praefata Ecclesia Fanen. sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiat incrementa. Iugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem praedictas sic exercere studeas sollicite, fideliter et prudenter, quod Ecclesia ipsa Fanen. Gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis praemium Nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Volumus autem quod Praebenda Ecclesiae Faventin. quae inibi dignitas post Pontificalem maior existit, et quam obtinebas ad praesens, ob tuas personalem provisionem et praefectionem huiusmodi vacet eo ipso, et ab tunc illa per Sedem Apostolicam tamtantum disponi possit, irritumque decernimus et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Septingentesimo Octogesimo Septimo Nono Kalendas Maii Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo

Exped. VIII Kalen. Maij Anno XIII

P. Bianchi

C. S

P 40:30.4

Simonini

PIVS PAPA VI